





*Sted*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*





VIRO  
MAGNIFICO ATQVE EXPERIENTISSIMO

**R V D O L P H O  
CHRISTIANO  
WAGNERO**

PHILOS. AC MEDIC. DOCTORI  
MATHEM. ET PHYSIC. P. P. ORD.

**ACADEMIAE IVLIAE FASCES**

A. D. IV KAL. IVL. MDCCXXXI

QVARTVM CAPESENTI

PACATVM REGIMEN

FREGABANTVR

**CONVICTORES NIEMEIERIANI.**

HELMAESTADI

LITTERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII ACAD. TYPOGE.

AIX







uis canorus ille plausus,  
montium quo vasta colla  
personant, qui summa caeli  
astra verberat sereni?  
An Cithaeron sueta Patri  
festa Libero celebrat?

a fufurro tam sonanti  
pythios frequens honores  
terra fervat Delphica?

Non: venustae sed Camenae  
hunc agunt diem sacratum:  
atque praeses ipse Phoebus  
fila barbyti sonora  
dextera pulsat perita,  
casta turba dum sororum  
suave fundit ore carmen,  
quod jocosa fert imago  
cella ad usque fidera.

Namque splendidae secures,  
queis Apollinis caterva  
sponte paret, sunt lacertis  
tam valentibus dicatae,  
tamque creditae peritis,  
qui, favente rege mundi,  
nunc easdem ter tulerunt,  
alterique tradiderunt  
laude semper maxima.



Scilicet WAGNERVS, ille  
vir sagaci mente praestans,  
cultor almae veritatis,  
strenuus defensor aequi;  
comitate qui rigorem,  
jus severum lenitate  
temperat, jubente caelo,  
Iuliae superba, fidens,  
sceptra sumit denuo.

Vela sicut navis Euro  
laeta pandit, et pavescit  
nigricantes nec procellas,  
aspera nec faxa ponti;  
mente cautus ipse Tiphys  
quando torquet arte clavum,  
qui minacibus carinam  
fluctibus, fretisque coecis  
providenter eripit:

Erudita sic juvenus,  
quam fovet finus benignae  
Iuliae, Rectore tanto  
gaudet, et lubens paternis  
fascibus submittit Ejus  
se suamque nunc salutem;  
quod sibi promittit, omnes,  
sicut olim, res secundas,  
quin et tempus aureum.

Namque mansuetudo blanda,  
si verenda sceptra gestat;  
si benignitas curules  
occupat, legesque scribit:  
tunc beata pax triumphat;  
tunc ovantes iussa cuncti  
exsequuntur; atque solis  
tracta vinculis amoris  
rite parent pectora.



Haec amore pertrahuntur:  
bestias sed arma stringunt.  
Hinc et iste mos bonorum  
est regentum, lenitate  
ante quodvis experiri,  
saeva quamprehendere arma.  
Si quis autem blanda spernit  
vincla; more bestiarum  
vi tremenda cogitur.

Ergo mitis obsequenti,  
ast et asper obstinato,  
hicce Praefes est futurus,  
fausta fata quem dederunt.  
Hinc amoenae jam Camenae,  
laetus hinc et ipse Phoebus,  
mille vota, mille plausus  
corde, plectro, voce reddunt,  
queis et Elmus affluit.

Nosque respondemus illis  
gaudiis piis repleti.  
Floreas, WAGNERE, sospes,  
floreas per multa lustra.  
Vive plenus faustitatis,  
vive taediis solutus.  
sit TIBI regnator orbis  
tam benignus, quam benignus  
es Minervae filiis.





78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40









VIRO  
 MAGNIFICO ATQVE EXPERIENTISSIMO  
**R V D O L P H O**  
**C H R I S T I A N O**  
**W A G N E R O**

PHILOS. AC MEDIC. DOCTORI  
 MATHEM. ET PHYSIC. P. P. ORD.  
**ACADEMIAE IVLIAE FASCES**

A. D. IV KAL. IVL. MDCCXXXI

*QVARTVM CAPESENTI*

PACATVM REGIMEN

PRECABANTVR

**CONVICTORES NIEMEIERIANI.**

HELMMAESTADI

LITTERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII ACAD. TYPOGR.

*Faint, illegible text bleed-through from the reverse side of the page.*

AK

